



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii**

**Zurmöllen, Heinrich**

**Neuhusii, 1677**

Art. Vnicus, De peccatis Pistorum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9734**



unius speciei granum, unde fraudes multæ fiunt, in damnum illorum, qui granum attulerunt.

3. Peccant si pro stipendio & portione sibi pro opere assignata, plus debito accipiant, velut non advertatur, pondera immutent, alterius generis farinam imo quisquillas immiscent, item si Gabellas justas de fraudent.

## TITVLVS XXIII.

### *De Pistoribus.*

#### Articulus Vnicus.

##### *De peccatis Pistorum.*

1. **C**raviter peccant si ex ignorantia artis Pistoriæ, alienos panes male pinxerunt, unde tertio grave damnum facere convincuntur.

2. Qui farinam acceptam adulterant, miscent, & varie componunt, in grave damnum eorum, pro quibus operantur.

3. Qui pro pane triticeo, vendunt panem mixtum siligine, hordeo, &c. æ quali ta-



men pretio quo merum triticeum venderent.

4. Qui de pondere justo diminuunt, aut ut pondus suppleant, varia immiscent, aut non bene coquunt, ut humiditatis aliquid remaneat.

## TITVLVS XXIV.

### *De Lanionibus.*

#### Articulus Vnicus.

##### *De peccatis Lanionum.*

1. **P**Eccant Laniones, juxta qualitatem & quantitatem damni, si carnes infectas aut corruptas diuendant, earum corruptionem malitiose tegentes.
2. Qui carnes varie alterant inflationibus vel aliis mediis, ut corpulentæ appareant.
3. Qui varie illas immutant, vendentes ovinam pro vervecina, vaccinam pro bovina, auctione pretij.
4. Qui ponderibus falsificatis utuntur, vel miscent ossa ut pondus augeant, denique quidquid æquitati & justitiæ contrarium attentant.

TITV-